



FONDO ANTIGUO

A-2194

BIB. INEQUICOR


MANUEL



The background of the image is a traditional marbled paper pattern. It features a complex, organic design with swirling, cell-like shapes in various colors including deep blue, forest green, ochre yellow, and terracotta red. The colors are separated by thin, dark, vein-like lines, creating a rich, textured appearance. In the upper right quadrant, there is a white rectangular label with a thin black border. The text on the label is printed in a clean, sans-serif font.

MIGUEL MIRANDA

SAN PEDRO. 7
TEL. 429 45 76
28014 MADRID



19-1 ✓

70114

4-4-55

RECEIVED
FEBRUARY 1955
LIBRARY

R


93467

A-2194

MARCOS
y
FRANCISCO VIÑALS

MADRID





Lám. XLIV p.

Giraldo. f.^o

Handwritten mark or signature.

CAROLO . TERTIO

REGI . CATHOLICO . SEMPER . AUGUSTO
PIO . FELICI . PATRI . PATRIAE
HUMANIORUM . LITTERARUM . BONARUM . ARTIUM
ET . SCIENTIARUM . OMNIUM . PROMOTORI
AC . PATRONO . OPTIMO
VITAM . DIUTURNAM . VICTORIAM . PERPETUAM
FORTUNAM . OBSEQUENTISSIMAM
FAMAM . AETERNAM . HUMILLIMÈ . PRECATA

D. O. C.

HOCCE LITTERARIUM SPECIMEN,
QUOD PRO OBTINENDA
IN PHILOSOPHIA , ET HUMANIORIBUS LITTERIS
DOCTORALI LAUREA
IN MAXIMO UNIVERSITATIS COMPLUTENSIS THEATRO

EST PRAESTITURA

EXC.^{MA} D.^{NA} D.^{NA} MARIA ISIDORA QUINTINA
DE GUZMAN ET LA CERDA,

REGIAE HISPANAE ACADEMIAE SOCIA HONORATA,
FILIA EXCELLENTISSIMORUM DOMINORUM MARCHIONUM DE MONTE-
ALEGRE , COMITUM DE OÑATE , ET DE PAREDES , DUCUM DE NA-
XERA , &c. HISPANORUM PRIMAE CLASSIS DYNASTARUM , &c.

DIE V. MENSIS JUNII , ANNI M.DCC.LXXXV.

MATRITL.

APUD JOACHIMUM IBARRA S. C. R. MAJESTATIS TYPOGRAPHUM.
SUPERIORUM PERMISSU.

1785.

CAROLO TERTIO

REGI, CATHOLICO, SEPTEM, AUGUSTO

PIO, FELICI, PATRI, PATRIAE

HUMANITARIUM, UTTERARUM, BONARUM, ARTIUM

ET, SCIENTIARUM, DOMINUM, PROMOTORI

AC, PATRONO, OPTIMO

VTAM, DIUTURNAM, VICTORIAM, PERPETUAM

FORTUNAM, ANSEROVENSIS, MARIAE

RAMAM, ALEXANDRI, HUGOLLE, PRIVATA

D. O. C.



HOC, UTTERARUM, VIGILANTI

IN, PHILOSOPHIA, ET, HUMANIORIBUS, LITTERIS

DOCTORALIS, LAUREAE

IN, MAGISTRO, UNIVERSITATIS, ALEXANDRI, MARIAE

ET, SCIENTIARUM, DOMINUM

EXC. M. D. MARIA, ISIDORA, QUINTANA

DE, GUAYMAS, ET, LA, TERRA

ET, HUMANIORIBUS, LITTERIS, ET, PHILOSOPHIA

ALIBI, DOMINUS, DE, GRACIA, ET, DE, FORTUNA, SUI, SUI, SUI

EXC. M. V. MENDES, JUNIOR, SANI, MEXICENSIS

M. A. R. T. I.

APUD, MACHINUM, LITTE, S. O. N. MARIAE, ET, TYPONARIUM

(I)

REX MAXIME.

*Cum in palaestram
litterariam pro certamine*

(II)

subeundo, quod ad Humaniorum Litterarum Doctoralem lauream suscipiendam, prout Mihi Tuae Majestatis gratia concessum est, descendere conor, mirum non erit, si TE, REX OPTIME, Patronum exoptem: id enim et TUA in me beneficia exposcere, et grati animi Mei manifestationem Me in hanc provinciam impellere ani-

adverto. Munus enim publicum quale a TUA Regia munificentia Me suscepisse confiteor, publico gratitudinis testimonio compensari oportet; cumque nulla alia id perficiendi Mihi suppetat ratio, ideo cum obedientiae, tum obligationis ergò, qua TIBI, REX SAPIENTISSIME, Me obstringi, perspicuum est, haec lucubra-

(IV)

*tionum Mearum exordia
Majestati TUAE conse-
cranda constitui: quae si,
qua soles comitate, sus-
cipere digneris fortassè
ad majora mens cons-
cendere, cogitabit. VALE.*

MAJESTATIS TUAE

Pedes osculata

MARIA ISIDORA QUINTINA

GUZMAN ET LA CERDA.

TENTAMINIS PRAELUSIO.

Academico dicendi genere unum ex capitibus, quod pridie in Aristotelis libris sors pararit, integrâ labente horâ elucidabit : Conclusionem ex Philosophi textu deductam optimis statuet rationum momentis : tribusque ab Primariarum Cathedrarum Moderato-

ribus objiciendis respondebit argumentis.

Subjectis abundè , absoluto Certamine , satisfaciet quaesitis ab septem Doctoribus proponendis , quolibet ex quinque rogetur Idiomatibus Graeco , Latino , Gallo , Italico , Hispanove.

*SPECIMEN**EX GRAECO IDIOMATE.*

Omnes hujusce Idiomatis cùm nominum, cùm verborum inflexiones dilucidè explanabit: quodlibet ex Graecis Auctoribus scripti genus latinâ, gallicâ, italicâ, aut hispanâ interpretabitur versione.

(VIII)

EX LATINO.

Singulas Grammatices latinae partes , innumeraque earum praecepta, et regulas , rogata dabit : Syntaxeos maximè ac Prosodiae leges. Homeri, Hesiodi , Demosthenis, Q. Curtii , Ciceronis, T. Libii, Virgilii, Ovidii, Horatii, alteriusve ex castigatioris latinitatis Ma-

gistris, periodos singulas
 carmine, fluxave oratio-
 ne concinnatas patrio,
 extemporali, eoque ve-
 nusto leget sermone. An-
 tonii Nebrixiensis Artem
 a prima ad extremam
 paginam discurrens, quid
 in qualibet contineatur
 perfideli recitavit me-
 moriâ.

EX GALLO.

Praeter perspicuam

hujus Idiomatis intelligentiam, familiarem in eo instituet sermonem: fusâ ac pervenustâ verborum proprietate, quasi nativa etiam pronuntiatione, datâ occasione, alloquetur.

EX ITALICO.

Eodem probationis genere perpropriè hocce Idioma possidere, commonstrabit.

EX HISPANO.

Hujus Idiomatis originem, initium, progressum, phases, instaurationem, perfectionemque a saeculo in saeculum ad praesens usque distinctè explanabit. Totius, quae latè patet, Castellanae linguae Artis ab Regia Hispana Academia concinnatae perfectam reddet notitiam.

EX RHETORICA.

Illius naturam, officium, finem, materiam adsignabit. Diversa Causarum genera, quibus institui valet oratio: Eloquentiae partes: loca oratoria cum intrinseca, tum extrinseca recensebit. Orationis partes propriis explicabit notionibus. Varias dabit argumentorum species. Ora-

tionis ordinem : Tropo-
rum varietatem : multi-
plices verborum ac sen-
tentiaryum figuras. Omnes
sub quolibet orationis ge-
nere contentas dabit spe-
cies. In LAUDATIVO, seu
demonstrativo definitio-
nibus atque exemplis de-
monstrabit : Quid sit ora-
tio GENETHLIACA ? quid
LUSTRICA ? NUPTIALIS :
EUCCHARISTICA : PARA-

NYMPHAEA ? quid INAUGURATIO ? EPINICIUM : APOBATERIUM : ACCLAMATIO ? &c. In DELIBERATIVO : quid SUASIO : DISSUASIO : CONSULTATIO : PARAENESIS : DEHORTATIO : INCITATIO ? &c. In JUDICIALI : quid ACCUSATIO : APOLOGIA : INVECTIVA : EXPOSTULATIO : EXPROBRATIO : COMMINATIONIO ? &c.

EX MYTHOLOGIA.

Quot et quae fabulosa ea fuere Numina, quae fatua hominum religio per summam VERI, UNIUSQUE NUMINIS vel ignorantiam, vel contumeliam, sibi finxit? enarrabit; varia etiam, quae ipsis tributa fuerunt officia, doctes: diversasque eorum classes, ac dignitates. Qui Dii COELESTES, TERRES-

c



TRES, MARINI, INFERI? Qui
SEMONES, ac MISCELLANEI?
Qui ADSCRIPTITII, seu IN-
DIGETES? Qui Dii SELEC-
TI, seu primae classis? et
ex iis qui CONSENTES ap-
pellati? Qui secundae ad-
scripti? Qui tertiae?
Ex Diis Coelestibus,
quis et qualis JUPITER, seu
JOVIS? Quis APOLLO, MARS,
MERCURIUS, BACHUS? Quae
qualesque Coelestes Deae,

JUNO , VESTA , MINERVA,
seu PALLAS , VENUS , LATO-
NA , BELLONA ?

Ex Terrestribus , quis
SATURNUS , JANUS , VUL-
CANUS , AEOLUS , MOMUS ?

Quae his ex deabus,
VESTA , CYBELE , CERES,
MUSAE , THEMIS ?

Ex Marinis , qui NEP-
TUNUS , ejusque filii PHOR-
CUS , et PROTEUS ? Quis
TRITON , OCEANUS , NEREUS ?

Quae ejus filiae NEREIDES
NYMPHAE? Qui demùm
PALAEMON, GLAUCUS, CA-
NOPUS?

Ex Inferis, quis CHA-
RON, seu ACHARON? quis
PLUTO? quae PROSERPINA?
Quales Parcae, CLOTHO,
LACHESIS, ATROPOS? Qua-
lesque Furiae, seu Di-
rae, ALECTO, TISIPHONE,
et MEGAERA? Quales in-
super Inferorum Judices,

MINOS , AEACUS , RHADAMANTUS?

Ex Semonibus , ac
Miscellaneis , qui hominibus ab ortu ad finem usque vel juvandis , vel conservandis praefecti fuere? Qui Dii PENATES , et quotuplex eorum classis? Qui LARES? Qui GENII? Qui denique ex minutioribus Diis quilibet?

Ex Indigetibus , et

Adscriptitiis, seu Semi-
 deis, et Heroibus. Quis,
 et qualis HERCULES? Quis
 JASON, THESEUS? Qui CAS-
 TOR, et POLLUX? Qui PER-
 SEUS, AESCULAPIUS, PRO-
 METHEUS, ATLAS, ORPHEUS,
 et AMPHION, ULYSSES,
 ORION, OSIRIS demùm
 APIS, et SERAPIS?

EX GEOMETRIA.

Jucundissimae hujus
 Matheseos partis natu-

ram, munus, maximamque ad rem Physicam ostendet necessitatem: perspicuam etiam primarum ipsius Institutionum, Definitionum scilicet, Postulatorum, Axiomatum, aliquarum, necnon Selectiorum Euclidis propositionum notitiam dabit.

EX GEOGRAPHIA.

Europae, quatuor inter Orbis partes facile

principis, situm, confinia, Maria, multiplicia item, in quae dividitur Imperia, Regna, Ditiones adsignabit explicabitque: Qui sint Ditionis cujuslibet Principes? Quod in unaquaque Domini generis politici? Quae Principum Sedes? Quae praecipua in qualibet flumina? Qui maris portus? Qualis deinde cujusque

Regni aut Provinciae Accolarum veluti insita indoles?

Hispaniae etiam geographicam dabit descriptionem. Climatis praestantiam : ejus longitudinem, latitudinem, figuram : in Regna, et Provincias divisionem : urbes, flumina, Academias, Regum Genealogiam, Dynastiarum ditiones referet. His-

panorum ad magna quaeque natum ingenium, animi solertiam, munificam indolem ostendet. Celebriorum in Republica Litteraria HISPANARUM historiam annectet.

EX PHILOSOPHIA

GENERATIM.

Quae ejus natura?
 Quis finis? Quae illius utilitas?
 Quae origo? Quaeve causae explanabit.

EX LOGICES ARTE.

Multigenarum idearum genesim, notionesque : mentis humanae functiones : sciendi media : praejudiciorum causas : eaque vitandi regulas commonstravit ; perutiles etiam definitionis, divisionis, discursusque leges. Methodum, quae nobilissima etiam est veri inveniendi, ac inventi

explicandi via , dilucidè
exponet : ejusque in Ana-
lyticam , et Syntheticam
exemplis illustrabit divi-
sionem.

EX ONTOSOPHIA.

Entis notionem , il-
lius species , principia,
causas, proprietates theo-
reticè explanabit.

EX THEOSOPHIA.

DEUM UNUM summè
perfectum existere , me-

taphysicis , physicis, moralibus demonstrabit rationum momentis : com-
 monstrabit etiam esse re-
 rum omnium Condito-
 rem, Conservatorem, ac
 Independentem, Mode-
 ratorem, cujus Providen-
 tia omnia subjacent, ab
 ejusque nutu pendent.

EX PSICOSOPHIA.

Mentem humanam
 toto Coelo a corpore di-

versam ostendet : esse etiam spirituales , non traduce , sed creatione formatam , corpori superstitem , immortalem : ratione insuper , ac deliberate eligendi facultate praeditam : reminiscendi necnon , imaginandi , sentiendi virtute. Harum facultatum naturam , functiones , organa exprimet. Principem demùm Ani-

mae sedem in cerebro, veluti illius Regia, constitutam propugnabit, ubi omnium facultatum functiones perficit.

EX PHYSICA IN GENERE.

Ipsius objectum, principia, commoda deteget. Corporis naturalis essentiam in extrinseca extensione, aut dimensione triplice in longum, latum, et profundum, ut Carte-

sianis placet , minimè consistere sustinebit ; sed in intrinseca ipsius Corporis in ordine ad seipsum , seu essentiali extensionis exigentia.

EX PHYSICA SPECIATIM.

Extensio , quae Corporis affectio est , ex eoque ducit originem , posse absque corpore inveniri ostendet , minimèque repugnare spatium omni

corpore destitutum , seu
Vacuum : dari imò opus
esse innumera spatia va-
cua , licet disseminata:
nulla alioqui motui Cor-
porum locali superesset
via : falsum igitur Plenis-
tarum Systema. Omnia
itaque Naturae pheno-
mena, quae Vacui metui
rudiores adscripsere Phy-
sici , ex Aëris pondere
ac elaterio promanare,



perspicuum est. Gravitas adeo constans est Corporis proprietas, ut nullum sit Corpus absolutè leve. Super reliquis Corporum affectionibus, seu proprietatibus, figura, situ, motu, quiete, soliditate, fluiditate, luce, calore, condensatione, rarefactione, porositate, liquorum aequilibrio, aliisque proprietatibus cùm ac-

tuosis , cùm inertibus,
 tùm occultis , tùm mani-
 festis: viribus etiam ela-
 terii , attractionis , iner-
 tiae , &c.: Corporumque
 mineralium virtute , phe-
 nomenis , in alea , oblata
 occasione ex Physices le-
 gibus responsa dabit.

DE ANIMANTIBUS.

Viventia , alia per-
 fecta , ut Animantia: alia
 imperfecta , ut Plantae.

Animantia propriam habent Animam, quae entitas absoluta est, non quidem spiritualis, sed materialis, extensa, divisibilis, sensitiva, nec creatione, sed propagatione a parentibus traducta: eaque in subtili et actuosa substantia, in cerebro maxime vigente, conflata videtur. Falsa omninò Epicureorum sententia

belluis rationem tribuentium : Pythagoreorumque, perfectam homines inter et belluas statuendum similitudinem. Nec minus inverosimilis Cartesii opinio ex diametro existimantis, bruta mera esse Automata omni sensu, cognitione omni destituta; perfecta siquidem sentiendi, ac cognoscendi sensitivè tan-

tum , praedita sunt.

DE VEGETALIBUS.

Vegetalia , quae minus perfecta dicuntur viventia , propriam habent Animam vegetalem , ab omni mechanica affectione distinctam , quae entitas absoluta est , et principium intrinsecum accretionis , nutritionis , aliarumque vitalium operationum. Secus verò vi-

tae expertia , in quibus
 nullum activum princi-
 pium , nec nisi acciden-
 tium congeriem , quod
 formae rationem habeat,
 considerare licet.

DE ORBIS SYSTEMATE.

Vulgatiora inter Or-
 bis Systemata Ptolemaei,
 Copernici , et Tycho-
 Brahei quid probabilius
 censendum , his exprimet
 assertis. Ptolemaicum et

ab Physices, et Astronomiae legibus nimis abhorret. Tyconicum Astronomicis phenomenis satis consentiens, minimè physicis accommodatur. Copernicanum verò et physicis, et astronomicis regulis cohaeret; non autem Sacrae Scripturae, quae Solem moveri, Terram stare docet: Ea propter ut thesis sustine-

ri non debet, ut hypothesis tamen et propugnari potest, et utiliter explicandis Naturae phenomenis adhibetur. Cartesianae hypothesis velut inverosimilis, inutilis, et gratis conficta rejicienda. Kepleri, et Newtoni Systemata plurimis, praeter telluris motum, hisque solutu difficillimis scatent difficultatibus.

DE SPHAERA ARMILLARI.

Dilucidè ipsius dispositionem explicabit: illius divisionem in gradus, minuta, secunda, &c. omnesque partes, Polos nempe, diametros, axes, radia. Qui et quod sint Circuli maximi? Qui minores? Quae puncta verticalia? Quid Zenit? Nadir? Qui, et quot Poli? Quid Poli sublimitas?

Quid Aequator ? Qui
quotque Tropici ? Quae
illorum ab Aequatore
distantia ? Qui Circuli
polares , quantumque ab
Polis distent ? Quid Zo-
diacus ? Quid Ecliptica ?
Quid Meridianus ? Quot
Semimeridiani ? Quid
Horizon sensibilis ? Quid
rationalis ? Quot hujus in-
clinationes cum Aequa-
tore ? Quae ex his Sphae-

rae positiones? Quae rec-
ta? Quae obliqua? Quae
paralela? Qui in qualibet
telluris Accolae? Reli-
qua etiam, quae Sphae-
rae compositionem in-
grediuntur explanabit.

EX ETHICA.

Hac ex nobilissima
Philosophiae parte, doc-
trinae ordine ultimâ, dig-
nitate autem primâ, mo-
ralitatis principia, eorum

originem , atque ab hominum opinionibus independentiam explicabit. Legis notionem, ejusque divisionem in naturalem et positivam, divinam et humanam explanabit. Non in honoribus , non in divitiis , corporisve aut animi ornamentis , voluptatibus , dotibus sitam esse veram hominis felicitatem , seu

formalem hujus vitae beatitudinem ; sed in veri Dei cultu , ac virtutum exercitio consistere , propugnabit. Hominis demùm officia cùm in Deum , cùm in alios, tùm in seipsum exponet.

MARCOS
v
FRANCISCO VIRALIS
MADRID



(XLIV)

MARCOS
y
FRANCISCO VIALS

MADRID



Magnífica Impresión de IBARRA.

IBARRA
IBARRA
IBARRA



1088545

